HUGO DE SANCTO VICTORE. GUILELMUS DE SANCTO THEODORICO. BERNARDUS CLARAEVALLENSIS
Göttweig (?), 4. Viertel 12. Jh. Seite 58v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36641
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

ipse uirtutes sacre ad diuinum scilicet conferendum .i. diuinitatis cognitionem dandam. dispositionem consummantem angelica ierarchias .i. dispositionem que perfecit uel perfectas continet siue consummat angelicas ierarchias. Hec est uidelicet ultima dispositio in qua et ordo angelicus ineo quod perfecta est consummatur. et ineo quod ultima est omnium spiritualium ierachie consummantur. Sane hic execrabilis uitiosus error cauendus uirtutes immundas dici existimauit. Nam grecum pameron quod ualde omnino sacrum. uel uniuersaliter sacrum interpretatur. hic angeron .i. insacrum uel non sacrum. sine sacro intelligendum putauit. Sequitur. Nisi quidem quis et hoc dixerit. communes esse omnes angelicas nominationes. secundum omnium celestium uirtutum indeforme et ex deo datum lumen subiectionem et superemineentem communicationem. Non possunt inquit inferiores ordines superiora nomina assumere et in eadem excellentia uirtutum cum eis participant. nisi quis dicere uelit propterea nominationes angelorum esse communes esse debere quod omnes partim unum lumen ado datum subiecti percipiunt et ex ipso lumine percepto omnes deo conformes fiunt. et unius superemineentis communicationis in uno lumine participes existunt. Nisi aut quis etiam hoc dixerit. omnes angelicas cognominationes communes esse secundum omnium celestium uirtutum subiectionem. in lumen siue ad lumen di forme. et ex deo datum percipiendi et secundum communicationem superemineentem gratie spiritualis. ut quemadmodum una gratia ad omnium participationem se diffundat sic una omnibus cognominatio rationabiliter tribui possit. Si, ut magis anobis ratio diiudicata sit consideramus sacre uiteloquis expressas sacas et decoras proprietates unius cuiusque celestes dispositionis. Vt magis possimus inquit iudicare hanc rationem utrum uidelicet cognominationes angelice communes esse debeant annon. consideramus sacas et decoras proprietates uni cuiusque celestis dispositionis. sacre expressas uiteloquis proprietates enim uni cuiusque diligenter consideratas fortassis poterit agnosci. utrum communicatio nominationis eadem esse possit qb' si gratia una infundatur una tam mensura aeqpportio non datur.